# Copia alterius Assecurationis à Cancellario receptæ.

Iacobus Zadzik &c.

9

Notum testatumque sit universis et singulis. Cum aliquot abhinc diebus Rizenburgi, inter meum, ac Illmi Domini Axelij Oxenstierna Regni Sueciæ Cancellarii Subdelegatos, hortatu, opera, ac interventu Illustrium et Magnificorum Dominorum Mediatorum convenerit, ut Tractatus pacis Anno abhinc remissi reassumantur, utque tum ego, quam Illris Dominus Cancellarius Sueciæ cum Collegis Nostris hic septima Februarii proxime sequente stilo novo congrediamur ad pagum Honingfeldt, alias Trciano, loco inter Rizenburgum Stumam, et Marieverderum medio tentaturi, si quæ rationes conciliandorum animorum, reducendæque tranquillitatis ac pacis inveniri queant. Quapropter ut memoratus Illmus Dominus Cancellarius Regni Sueciæ, atque reliqui ejus Collegæ, cum toto suo comitatu &c. &c.